

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Liberalitas ao  
cum uariis

Melius puto apud pauperes bonos quam apud diuites magnos collocari beneficium, et reddit rationem. Nam qui locupletes sunt beneficio obligari nolunt, immo cum acceperint beneficium quamuis magnum aut beneficium se prius dedisse arbitrantur, aut aliquid a se expectari suspicantur. Cum uero inopi bono benefacias, spectatum se non suam fortunam putat, et ideo si in contencione res uenerit, sequere Semistodem qui ait de nupciis filie sue consultus: Malo uirum qui pecunia egeat quam pecuniam que uiro.

Seneca de beneficiis.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

dedisse *om.* M; benefacias] benefacis L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; si in] sine C; Semistodem] Themistoclem V<sup>2</sup>  
L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>